

VOTA
 Votis cumulata,
 &
 VIRO
 MAGNIFICO ac GENEROSO
 DOMINO


JOHANNI
 GODOFREDO
 ROESNERO,

Inclutæ Thorunensium Reipublicæ
 Pro-Consuli Dignissimo,
 Præsidi p. t. Gravissimo,
 Proto-Scholarchæ Meritissimo,
 MÆCENATI ac PATRONO MAXIMO,

Ipsis Festi solennioris Nominalibus,
 Sidere felici Anno 1719. d. 24. Junii
 recurrentibus,

Rudi quidem Carmine, demissa tamen mente
 ex sincero cordis adfectu
 data, dicata, dedicata
 ab

HENRICO REICHELIO,
 subjectissimo Cliente.



THORUNII
 Impressit Ioh. Nicolai NOBIL. SENAT. & GYMN. Typographus.

C 255

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718

1718



OESNERE, PRÆSES Splendide Civium,
 Stirps Æquitatis, Justitiæ { Parens,
 { Decor,
 Et GRATIARVM celsa Proles,
 THORNIACIque Nitela Cœli.

Hac luce memet limen ad ædium
 Sisto Tuarum, pulso repagula,
 Verum modeste : quid negoti
 Sit mihi forte rogas ? habeto :

Favore motus, ductus & intimo
 Amore vilem, sed, veluti vides,
 Ardentibus votis repletam
 Offero (da veniam,) papyrum,

TV fume parvum munus, & æstima
 Non munus ipsum, quod tenuissimum;
 Sed hanc magis mentem Clientis,
 Officio TIBI proniore

Devinctam : Vlysses nil habet, unica
 Quam vota, grati pectoris indices,
 Ingentibus quæ pro Potentis
 Alcinoi meritis rependit.

Sic ipse prorsus nil habeo, nisi
 Hac dona mentis : candida sit Tua
 Humanitas Humanitate
 Alcinous meus ! & soluta

Sunt, ecce, parvo grandia debita.
 Hinc esto saltim blandus, & his meis
 Attende votis, (ne recuses,)
 Nominis hac TIBI luce dandis.

Sim curiose (vos Superos rogo !)
 Felix, & ipsis nonne beatior
 Clientibus cunctis futurus,
 Quos bonitas Tua rite servat ?

Insigne

Insigne mœstis Præsidium, mea
 (*) Spes, Urbis hujus Splendor & inclyte,
 Phœbus TIBI claros honores
 Elogia & peperit superba.
 Haut absque magnis sat meritis Tuis,
 Citare quæ si forsitan impigre
 Hic allaborem, verba perdam,
 Nec numerum capiet libellus.
Urbis una (Clarum Fraustadium puta,)
 Fovere Natum TE meruit suum;
 Amplas Tuas sed nunc capax haut
Vna Thoruna fovere laudes.
 Hæc namque tantum, Sacraque Curia,
 Ornare quam TV non sine maximis
 Conare curis, Tempa porro,
 Sunt documenta, Scholæque nostræ.
 His plura jam jam pluribus addere
 [Ni nota se se Gloria proderet,]
 Vellem; sed arctat me volentem,
 Ut nequeam, nimii favoris
 Augmen: minuto nam velut exitu
 Siftuntur undæ fluctifrago impetu
 Ebullientes, ne potessint
 Rumpere per tenues meatus;
 Sic oris, & sic servitium Styli.
 Et sic loquelam pectoris intimam
 Adfectus intercludit, alto
 Gurgite qui vehemens redundat.
 Quare filebo, nec brevibus nisi
 Ex corde toto verba precantia
 Præbebo cum votis, decenter
 MAGNE PATRONE, TIBI sacratis!
 Vitæ DATOR, SERVATOR & Optume,
 Clemens DEVS, qui cuncta foves tua
 Benignitate, ipsisque firma
 Sufficis Urbibus usque fulcra.
 Laus summa semper, summus honor TIBI!
 Quod PRÆSIDEM, quod MAGNIFICVM VIRVM,
 Urbis PATREM dignatus alma
 NOMINIS euge! videre Festa.
 Queis cordis (ut fas,) ex penetralibus,
 Mœrore pulso, reddere gaudia,
 Et queis POTENTEM mente tota
 Te DOMINVM celebrare potest.
 Lætetur in TE, quin nova jubila
 Eructet Ejus Spiritus, oraque
 Cum plausibus multis jocisque
 Carmina dent hodie sonora,
 Occumbat omnis livor, ut hætenus,
 Edax in ortu NOMINIS incluti,
 Dudum referri rite digni
 Cœlicolas (reor,) inter ipsos.

Ejusque

(*) JOHANNES p. anagr. EN IS NOAH.
 Voc. autem □] sec. Gen. VI. v. 25. signif.

Solatium: ubi vero *Solatio* adhuc locus relinquatur, *Spei* quoque non
 denegatur.

Ejusque, Virtutum cumulum modo
 Plenis honorum muneribus Dea
 Æternet ingens Fama multos
 Per Titulos memoresque Fastos,
 Odora Laurus perpetuas velut
 Frondes revelat ubere copia,
 Comasque nobis usque mira
 Explicat haut sine laude pulchras;
 Sic NOMEN Ejus Nobile, sic Decus,
 Sic & superstes Fama per æthera
 Et longa currat secla, nostris
 Sic vireat vigeatque terris.
 Fati sed atrox Mors celeres alas
 Retardet, ac annis alios magis
 Dignetur (HISKIA minor ne,)
 Addere FONS Bonitatis annos,
 JOANNIS ut sic Festa celebria,
 Adjutus Alma NVMINIS hac Ope
 Potente, lætus PRÆSES hicce
 Rursus ovansque videre possit,
 Tantum. Preces sed si tenues meæ
 Adhuc valent quicquam dubio procul;
 Hoc unicum præsens rogare
 Insto, mihi placide favebis.
 Titanis ignes flammiter excitat
 Mensis corusci Junius: at mihi
 Sat, flammulas si nempe amoris
 Excitet iste Tui perennes.
 His jam valeto! quum mihi riserit
 Phœbus benigne, quumque beaverit
 Majore me felicitate,
 Dulcisonaque magis cicuta,
 Majora posthac, crede, dabo quoque,
 Tuasque laudes, qua potero, canam
 Promptus, paratus voce: faxit,
 Sint rata, sint mea vota! NVMEN.
 TV mente saltim hoc excipias velim
 Carmen sat æqua, quod (fateor,) TIBI
 Modis, adhuc & plane ineptis
 Obtulit hæc mea Musa metris.
 Nil addo: sed me dedo TIBI: DEO
 Et Te TRI-VNI, qui regit omnia,
 Commendo: Salve, vive felix
 [Es meritus,] Pyliam senectam.

E C H O.

HEus! vigil Echo, cavis habitans in vallibus, omnis
 Hisne meis metris Gratia dêerit? *Ech. erit.*
 Indicio sed quid? mihi dicito, fronsne serena
 SVMMI PATRONI, an lectio grata? *Ech. rata.*
 Ast nimium vereor, ne forsan flebilis illa
 Tu sis Deceptrix, altera Thais: *Ech. ais.*
 Ergone (da veniam quæstis,) Carmine quamvis
 Hocce rudi gratum me fore, reris? *Ech. eris.*
 O vox grata mihi! placide nunc, Echo, quiesce,
 Sæpeque responsum da mihi tale: *Ech. Vale!*